



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

107. De reconciliandis infirmis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

72 R E G I N O N I S L I B . I .
secundūm qualitatem delicti omnimodis pœnitieat.

De reconciliandis infirmis. *Ex Concilio Nicæno.*

Concil. Ni-
cæn. c. 13.
Burchard. lib.
18. c. 6.

C V I I . De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc relaxatio antiqua regularisque ser- vabitur , ita ut si quis egreditur è corpore , ul- timo & necessario viatico minimè privetur; quò si vel desperatus , & consecutus commu- nionem , oblationisque particeps factus , ite- rum convaluerit , sit inter eos qui communio- nem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posi- to & poscenti sibi communionis gratiam tri- bui , Episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

De eadem re. *Ex epistola Leonis Pape.*

Leo I. ep. 91.
Burchard. lib.
18. c. 4.

C V I I I . His autem qui in tempore ne- cessitatis & in periculi urgentis instantia præ- sidium pœnitentiae , mox reconciliationis im- plorant , nec satisfactio interdicenda est , nec reconciliatio deneganda ; quia misericordia Dei nec mensuras possimus ponere , nec tem- pora definire , ad quem nulla impedit venire mortis conversio , dicente Dei spiritu per Pro- phetam : *Cùm conversus ingemueris , tunc sal- vus eris.* Et alibi : *Dic iniquitates tuas prior , ut justificeris.* Item : *Quia apud Dominum miseri- cordia est , & copiosa apud eum redemptio.* In dispensandis itaque donis Dei non debemus esse difficiles nec se accusantium gemitus la- crymásque neglegere , cùm ipsam pœnitendi